

Nicola Emilj  
vicario, e sudogosenen  
della città di Trieste  
il primo di Giugno

1728.



400620021

COMPENDIOLVM  
 DE ORTHOGRAPHIA  
 DOMINI ALBERICI  
 DE ROSATE.



VNC de orthographia de qua aliquid tangitur in Spec. de rescripti presentatione. S. patris igitur. 2. col. uersi. & quoniam ex forma scripture aliqua tradam. Circa qua multis modis errare contingit, aut quia geminatur litera non geminanda, aut quia non geminatur geminanda. Ad euitatione

igitur errorum multorum, sciendum est quod quinque sunt signa quibus possunt cognosci, scilicet positio, deriuatio syllabarum naturalis terminatio, & ipsarum breuiatio seu productio. Ex positione enim insurgit multiplex uariatio scripture, scilicet litere geminatio, ut cum ultima litera prepositionis seu alterius dictionis mutatur in literam dictionis cum qua componitur, ut apporto scribitur per geminum pp. quia componitur ex ad & porto. & d. mutatur in p. Litere interpositio, ut prodest componitur a pro, & est, sed interponitur d. causa euphonie, Litere abiectio, ut traduco componitur ex trans & duco sed abiiciuntur n. & s. Et litere unius magis quam alterius positio, ut comedo componitur ex cum & edo, sed quia, n, transit in m, scribitur per m. Syllabe quoque formatio, quia est causa gemina-